



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Veteres cum ad praelium irent ocreis ex ære & ferro pedes muniverunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

LIBER PRIMUS. 89

qua pro calceo est, hac forma nusquam occurrere. Quin alibi ἕως esse calceum. Hoc utique verum est.

Ubique ἕως est calceus, ἕως hoc uno tantum loco occurrit. Liceat vero calceus ubique ἕως dicatur, nusquam ἕως, tamen eam vocem in calcei significatione sumendam arbitror. Vel sexcenta adhuc sunt loca apud Talmudicos, in quibus ἕως est calceus. Interpretor vero hic κνημίδας sive ocreas, quas in præliis antiqui induebant. Solitos veteres, cum ad prælium irent, ocreis, quas κνημίδας Græci vocant, quæque ex ære vel ferro conflatae erant, munire pedes, vel ex uno Homero constat. Inter arma, quibus Heroas suos instruit, κνημίδας ferè semper memorantur. Atque hoc armorum genus apud Græcos veteres fuisse frequentissimum vel ex eo epitheto discimus, quo Achæos vocat χαλκονημίδας Ἀχαιοί. In Hesiodi Scuto cum aureo thorace induit Hercules κνημίδας ὀρειχάλκιο φαεινῆς ocreas ex orichalco splendido.

Hes. Scut.
vs 122.

Ὡς εἶπὼν, κνημίδας ὀρθήαλλοις φε
 εἰνῶ

Ἡφαιστὸς κλυτὰ δῶρα, περὶ κνημῶν
 ἔθηκε.

*Sic locutus, ocreas ex orichalco splen-
 dido Vulcani incluta dona, tibiis in-
 duxit. Orientis quoque populos
 easdem gestasse cum prodirent in
 bellum ex Goliathi historia disci-
 mus. Inter arma, quibus instru-
 ctus ante castra processit, etiam
 recensetur יגד לך פתח פתח ה. e.
 uti vertunt LXX. κνημίδες χαλκῶν
 ocreæ ferreæ, ut Vulgatus habet.
 Vox Hebræa à fronte dicta est.
 Scilicet fuerunt laminae æneæ qui-
 bus & pedes & tibiæ muniebantur.
 Tales ocreas sive κνημίδες
 vocem יגד significare mihi omni-
 no persuadeo, atque hæc verba
 ferrum & æs ocreæ tuæ, prædictionem
 continere, fore ut Ascheritæ sint
 homines bello strenui. Sane ele-
 gantissima est hæc allusio, qua
 Moses ex more veterum de Asche-
 ritis dixit, ferrum & æs fore ocreas
 ipsorum, h. e. homines futuros bel-
 licosos, qui æreas vel ferreas oc-
 reas gestarent, pari ratione qua*

1. Sam. 17.
6.

Ho
 χα
 den
 stra
 stre
 Ac
 κνη
 riti
 ipso
 que
 tur
 qua
 om
 ter
 ος,
 viri
 ling
 tran
 hab
 dag
 Ide
 Gro
 tion
 sent
 Fra
 inqu
 tis :
 qua
 atq
 dæu
 Ho